Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Vos ex fornicatione nati non
sumus: unum patrem habemus de
um. Dixit ergo eis iesus. Si de
pater vester esset: diligeretis utique
me. Ego enim ex deo processi et
venio. Neque enim a meipso venio:
sed ille me misit. Quare loquelam meam non agnoscitis? Qia
non potestis audire sermonem
meum. Vos ex patre diabolo estis:
et desideria patris vestri vultis fa
cere. Ille homicida erat ab
initio: et in veritate non stetit.
quia non est veritas in eo.
Cum loquitur mendacium ex pro
prijs loquitur: quia mendax est
et pater eius. Ego autem qui ve
ritatem dico: non creditis mihi.
Quis ex vobis arguet me de
peccato? Si veritatem dico. quare
vos non creditis mihi? Qui est
ex deo verba dei audit. Offertorium

Immittit angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos gustate et videte quoniam suauis est dominus. Secreta

Sacrificia domine quesumus propitius ista
nos saluent que mediantibus
nobis sunt institutis ieiunijs. Per.

Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Post communionem

Tuorum nos
domine largitate donorum et spiritu
bus attolle piijs et tenoria
sempiternis. Per. super populum

Respice
super populum tuum domine plebem tuam
quam dignatus es tribuere
sacramentis abomnibus
absolue peccatis. Per. Fria vj infra

Deus necessitatibus meis erripe
me domine vide humilitatem
meam et laborem meum et dimitte omnia
peccata mea. Ps. Ad te domine leuauj animam
meam deus meus in te confido non erubescam.

Ego domine propitiatus Coll.
plebi tuae et quam tibi
facis esse devotam benignus
refoue miseratus auxilio. Per.

Et dicit Ezechiel. pphe.
dominus deus. Anima quae peccauerit: ipsa morietur. Fi
lius non portabit iniqui
tatem patris: neque pater portabit
iniquitatem filij. Iustitia iu
sti super eum erit: et impietas
impij erit super eum. Si autem
impius egerit penitentiam ab
omnibus peccatis suis quae opera
tus est: et custodierit omnia
praecepta mea. et fecerit iu
dicium et iustitiam vita viuet
et morietur. Omnium iniquita
tum eius quae operatus est:
non recordabor. In iustitia
sua quam operatus est viuet.
Numquid voluntatis meae est
mors impij dicit dominus deus.
et non ut conuertatur a viis
suis et viuat? Si autem auer
tere se iustus a iustitia sua
et fecerit iniquitatem secun
dum omnes abhominationes